



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catalogus Episcoporum Hildesiensium

Letzner, Johannes

Hildesheim, [ca. 1690]

V. Marquardus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64252)

nonici cum eximiopietatis fervore, & disciplinæ vigore, Religiosorum instar, summa cum laude vixere. Aliud præterea Monasterium Seligenstadii, & Collegium Virginum in Asnede, seu Essendiæ construxit ac fundavit. Tandemque plenus dierum, operumque bonorum ad Superos abiit Anno 876. 15. Augusti: ejus corpus in templo SS. Cosmæ & Damiani ab ipso condito Essendiæ requiescit miraculis clarum.

V. MARQUARDUS Alfrido successit mirâ morum suavitate, animi candore, & pacis studio conspicuus. Quarto & ultimo Episcopatus sui anno: cum Nortmanni & Dani Religionem à S. Anschario in regnum suum invectam exosi Saxoniam incumberent certi cis & trans Albim omne Christianum nomen excindere; Bruno & Tanquardus Saxonum Duces collegere subjectarum nationum vires, ut vel hostium furorem reprimerent, vel fidem DEO datam vitâ & sanguine consignarent. Convenerunt ad castra Marquardus Hildesienfis Episcopus & Theodoricus Mindensis Episc. Cum aliis primoribus & Capitaneis Saxonum: qui in loco Ebbeckstorff cum hoste congressi, generosè quidem ejus imperus diu retuderunt, sed multitudine tandem obruti, cum Brunone Duce interneccione deleti sunt, & à Majoribus inter Martyres recensiti. Hos inter & Marquardus gloriosè occubuit Anno 880. 2. Februarii.

VI. WIGBERTUS Religionis studio, verbi Divini prædicatione, Sacramentorum administratione, infirmorum visitatione, animarum, corporumque medicandorum peritiâ, librisque ea de re conscriptis clarissimus. Anno 887. Stephanus VI.
Pon-